ens fuit hominu occasio ruine · 7 talis fit
ine silenciū prauū ē uiri claustralis · Vn̄
claustralis qui sine silencio est ē equus abs
q; freno · Silenciū ē claus religionis ē · Vn̄
claustrū sine silencio ꝓprie claustrū n̄ est
cū sit absq; clausura · s; est uelut urbs patens
7 absq; muroꝝ ambitu · Vn̄ ꝓu xxv · Sicut
urbs patens 7 absq; muro sic uir q̄ nō pot
cohibere spiritum suum · Claustrū absq; silencio est uelut uine
a absq; sepe que direptioni exposita est · 7
xxxv · ecc̄ · Vbi non est sepes diripietur pos
sessio · ecc̄ · x · Qui dissipat sepem mordebit eū
coluber · 7 xxi · m · legitur de sepe ista · homo
erat paterfamil' qui plantauit uineam 7 cir
cumdedit sepem ei · 7 xxiiij · ꝓu · Per agrum
hominis pigri transiui 7 ꝑ uineam uiri
stulti 7 ecce totū impleuerant urtice 7 operu
erant superficiem spine 7 materia lapi
dum destructa erat · Ide ꝑ maceriā intelli
gitur q̄ prius ꝑ sepem · 7 innuitur q̄d pig
cia prelatoꝝ 7 negligencia causa sit q̄d silen
cium 7 alie claustrales obseruancie in clau
stris n̄ obseruentur · sicut solet obstrui uas
in quo fit uinū ferrati ut uinū fortius sit
Sic oportet ut claustralis districtū ser
uet silencium ut feruor deuocionis sit in eo ·
Alioquin si os eius ad loquacitatē fuerit ap
tum quicq̄d deuocionis ē in eo exalat · Item
silenciū in claustrali suffocatio est malicie
iuxta uerbū prius positum · Qui odit loq
acitatem extinguit maliciam · Silencium ē signū mortis
ueteris hominis · loquacitas in claustrali q̄ debet
esse mortuus stupenda est · sicut si uiderem
hominē mortuum loquentē · Religio ubi n̄
obseruatur silencium pot' dicere illud Job
xxx · Quasi muro rupto 7 aperta ianua irru
erunt sup me · Vltimo ad commendationem
silencij pot' ualere illud sapientis loqui tū
esse aliqn̄ penituit · tacuisse uō nunquam ·
Explicit summa de uiciis · De puero

Quē visibiliter consolatus ē puer ihc ·

Quedam deuota matrona cū pue
ro suo vadens ad predicationē · ab ore predi
catoris audiuit · q̄d puer ihc sup modū
eēt amabilis · 7 quicūq; eius visione 7 colloquio
semel posset perfrui · nullius cuiusmodi posset ulti
q̄ dolore puncto remisisset · Q uerbū pu
er prefate matrone · velud res noua 7 optima q̄
sem uite eterne recipiens ad proferendū fructū cen
tesimū · alte memorie commendauit · Ab illo enim
die inflammauit 7 vulnerauit eū amore suo dominus ·
ut nichil preter eū cogitare posset aut desiderare ·
Statim namq; cū a predicatione veniens · cū matre sua
redisset domū · ascendit solus in solariū · 7 sedens ce
pit meditari de pulchritudine pueri ihū quem in predicatione au
dierat commendari · 7 prorumpens in lacrimas pre gaudio
7 admiratione puerum ihm cepit ad se talibus verbis
inuitare · O dulcissime ihu vbi es · vel manes
vbi versari soles · quis michi det ut te videam ut
tecum loqui valeam · presencia 7 amore tuo fruar · 7 nun
quam a te separer in eternū · Cū h' 7 huiusmodi silentio pu
er secū volueret · ecce puer ihc pueris lacrimis
7 ardenti desiderio tractus venit ad eū · 7 iu
gens se illi · dulcia cū illo miscuit colloquia
qualiter cū mundis 7 simplicibus sermocinari so
let dominus · Cū aūt puer ille cū puero ihu sollemp
ne haberet gaudiū · mater pueri audiens verba
colloquencium in solario · ab ancilla sciscitatur · quis

in solario cum puero loquitur. At illa. Nescio in
quit. Vidi puerum solum solarium ascendentem. Dix(it)
ad illam domina. Vade et vide quis ibi loquatur cum
puero. Cum illa pergit ad videndum. puer per
dit ihm. et in amarissimas lacrimas resolutus
exclamat dicens. Ve mihi. quia ihm perdidi. At
illa veniens ad puerum interrogat eum quae sit cau
sa tantarum lacrimarum. Ille ait. Hic fuit mecum
et statim ut te ascendentem aspexit. me solum et de
solatum dereliquit. Auditis pueri clamoribus mater
accurrit. causam fletus querit. dolet et flet cum puero
sed nulla re ipsum a fletu et planctu miserabi
li potuit cohibere. Tandem consultum est matrone
ut ad virum sanctum. abbatem quendam vicinum
pergeret. et eidem statum pueri indicaret. Quod ut
fecit. abbas venit ad puerum. et cur sic amare
fleret interrogavit eum. Puer autem dixit: pue
rum ihm se vidisse et subito perdidisse. Ad quod
abbas. Cras inquit mane venies ad me cum
matre tua. et ostendam tibi puerum ihm. Quo audi
to puer a fletu cessans. consolatione recepta
diem crastinum cum ingenti desiderio expecta
vit. Sequenti die summo diluculo puer sur
gens excitavit matrem suam. ut simul pergerent
ad abbatem. Mater vero pueri putans adhuc non esse
tempus eundi. vix ad modicum potuit puerum re
tinere secum. Cum autem venisset ad claustrum. ab
bas ad capellam suam ierat. expectans matrem
et puerum. ut divina eis presentibus celebraret.
Quibus visis atque salutatis. abbas vestibus sacris
se induit. et missam protinus inchoavit. Qui
cum sacram elevaret hostiam. puer ille flens
pre gaudio. exclamavit dicens. Ihm video.
Ihm video quem domi vidi in solario. Et subri
dens. O amantissime ihu. veni ad me. quia
cum magno desiderio expecto te. Stupentibus
autem omnibus facta est vox ad puerum dicens. Revertere
domum. veniam ad te post triduum. ut assu
mam te mihi. et mecum gaudeas in eternum. Qua
consolatione recepta. domum cum matre rediit
et statim incipiens infirmari. post triduum
secundum domini promissum. presentibus cum eo victuris
ipso presente et sibi animam assumente. a presenti mi
seria ad eterna gaudia feliciter transmigravit.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF